Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26594
Copyright: Admont, Benediktinerstift

28

hominibus. Heu non homine sed obprobrium ho
minum uilius pecore peius cadauere. Tedet
animam meam uite mee. Viuere erubesco. mori
~~erubesco~~ pertimesco. Quid ergo restat tibi o pecca
tor nisi ut in tota uita tua plores, quatenus tam uitam
tuam ut ipsa tota se ploret totam. Sed est in
hoc quoque anima mea miserabiliter mirabilis.
et miserabiliter miserabilis. quia non tantum
dolet quantum se nouit. sed sic secura torpet.
uelut quid patiatur ignoret. Anima sterilis quid
agis. Quid torpes anima mea peccatrix. Dies
iudicii uenit. Iuxta est dies domini magnus. iuxta
et uelox nimis. Dies ire dies illa. dies tribula
tionis et angustie. dies calamitatis et miserie.
dies tenebrarum et caliginis dies nebule et tur
binis. dies tube et clangoris. O uox dies dies
domini amara. Quid dormitas anima tepida et
digna euomi. Quid dormitas? Qui non expergis
citur. qui non tremit ad tantum tonitruum non dor
mit sed mortuus est. Arbor infructuosa ubi
sunt fructus tui. Arbor digna securi et igne dig
na succidi et succendi ubi sunt fructus tui. Utique
spine pungentes et amara peccata. que utinam